



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &  
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarivs**

**Meibom, Johann Heinrich**

**Helmestadii, 1668**

Lectori S.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10160**



## LECTORI S.

Potus ex frugibus, amice Lector, quam male olim audiuerint, quamque insalubres fuerint habitu, quantisque eos nonnulli incesserint convitiis, ex iis, quæ diximus, satis superque, puto, cognoveris. Falsos tamen eos fuisse, & falli etiamnum, quotquot cum istis faciunt, simul à me paucis ostensum fortè non negaveris. Sint sane quidam potuum eorum, qui aliqua noceant, sive aquæ vitio, sive materiæ illi incoquendæ, aut excoquendi modo labem aliquam contrixerint. In genere tamen omnis cervisia omni vino, & deterior quidem deteriori, optima optimo, salubrior est, si continuo sive illa sive istud bibi debeat. Vini enim nocumenta, ubi cum iis conferes, quæ ex cervisia proveniunt, immane quantum & plura & graviora deprehendentur. Huic adserioni firmandæ adduxi & laudavi viri maximi, Adriani Turnebi, libellum, quem *de Vino* inscripsit. Is cum mole parvus sit, eruditione gravis, & elegantis eruditionis plenissimus, ac dignus, qui in plurium manibus versetur, eum huic opusculo nostro, cuius respectu απεγεδιόρυστο non erit, subjungere volui. Tu lege illum, Lector, & vera scripsisse ratio tua te convincet, & experientia edocebit. Vale.

V. C.

• OTOMI

• 2